20 R.R.I.283 (2) VD16

¶ Celſus hugo diſſutus Cauſſionus celta in vtroq; iure licentiatus. magiſtro Andree boucard chalcographo Salutem.

MAgnum attaliciſq; fortunis cõferendũ ſuperos nobis demiſiſſe munus am
bigit nemo mi Andrea. imprimendi germanus quidã artem (vt cenſet Poly
dorus in quẽ de rerum inuentoribus indidit libro) cum nobis edocuit ⁊ mo-
dum. ſtatua (id ei ſi priſcis monſtrare temporibus dediſſent ſuperi) eburnea
proculdubio eternaq; poſt cineres fama donãdus. Excelſum profecto ac fru
gi mortalibus intulerat donũ. tum q2 multa que aboleuerat antiquitas ceci-
derantq;/ illa ſunt arte renata/ ac noui inſtar partꝰ edita: tũ etiã qm̃ omnige-
narum artiũ libris vaſtum paſſim repleuit orbẽ. quis ⁊ iuuenes bonas artes/ maturiores autem
euo ac ceteri quiq; celeſtẽ callem paradiſiacamq; mercari ⁊ acquirere domũ edocentur. Quis
enim ſancte eſt alius theoſophie finis/ ac veri dei noticiã dare? Quid ſanctorum canonice ſan-
ctiones pontificum: aut ſacre quid aliud edocẽt leges/ q̃3 honeſte viuere/ ius alteri quẽq; tribue-
re? Adde ꝙ eadem eſt ceterarũ artium finalis cauſa: cum vicia fugere et virtutes ſectari cun-
ctos iubeant. Sanctus enim (vti grecus ille phocylides ait) eſt virtutis amor/ noſtras ſolus po
tens ſuperis preſentare animas. Nõ erat igitur tam ſanctũ ac celeſte munus cõtaminandũ: nec
mechanicã veluti profeſſionẽ per litterarũ expertes tractandũ. Sunt etenim qui pollutis (vt ita
dicã) manibus perſpicuã hanc (quod deflere myrrheũ imitati pontificẽ cogimur) ac celebrẽ ag
grediuntur artẽ. Indoctiq; maximã in cunctoꝝ perniciẽ/ doctoꝝ ac q̃d oiſcios decet agunt mu
nus ⁊ partes. mendoſoſq; ꝓ veris eoꝝ imbecillitas ſeminat codices. Parui etẽm dimiſiſſe vo-
cabula faciunt: nõnunq̃3 etiam authoris celantia mentẽ: aut alia ꝓ alijs poſuiſſe elemẽta/ que tñ
ſenſum aliqñ immutãt. Punctorũq; qui ꝑfectã ſniam pariũt tranſpoſuiſſe aut liquiſſe caracte-
res: cũ in ſacris etiam legibꝰ (e quarũ hois depẽdet arbitrio vita) dictiones/ et integras plerũq;
ſnias ꝑtermiſiſſe/ ac mentẽ poſtremo legis (quo inique plerũq; ferunt ſnie/ ſontes laxãtur/ inno-
cuiq; eoꝝ cauſãte inertia mulctãtur: ac ſepe inocuis diro veniũt cũ ſãguine mortes) imutare nõ
ſit ſcelus: ſ3 neq; ſubuertere. Quo em̃ vix prima nondũ edoctꝰ elemẽta/ legũ attinget enigmata
ac ꝓfunditatẽ: que tãto (vt cẽſet Albe. de roſa. in. l. vnica. C. de emẽ. iuſti. codi.) ſunt artificio fa
cte: vt ſi elementũ aut demas/ aut addis/ vim legis et ſenſum imutas. An iur3 eos a flagitijs eo-
rũ ergo cauſatis ignorãtia liberabit? q̃bus eſto non teneanť: in ſanctionẽ tñ. l. i. §. ex illa. ⁊. l. fi. ff.
de fal. ⁊ ibi no. ꝑ Bar. que falſantes legẽ capitali ſupplicio dãnat: incidiſſe palã eſt. q̃ (q̃d parce
doctoribꝰ iuris legũq; peritis dať) iura corrigentes ea inepte ꝑuertere nõ vereñť. Sed nec in
iuria q̃dẽ librarijs aſcribunť mende: bonis etẽm ac peritis ſi tm̃ ſculpendos cõmitterent libros/
pumice nobis mũdati e doctoꝝ officina emanarẽt libri. Sed neq; iperiti inedia triti quã doctũ
ſpectat artẽ ꝓfiterẽtur: etẽm (vti flaccꝰ ait) quã ſcit vterq; libens cẽſebo exerceat artẽ. Tantum
poſtremo (vt ſemel finiã) malũ in cunctoꝝ nõ tolerarũt ꝓcedere perniciẽ: honeſti viri Johãnes
petit. Jo. bonhõme ⁊ Thilmanꝰ keruer/ q̃n perito ſublime negociũ viro cõmiſerũt. Sculptu-
ri em̃ ceſareũ ius/ id tue nõ dubitarũt credere fidei. tuã et legalẽ peritiã/ et circa lecturã aſſiduã
non neſcij inuigilantiã. que quãti ſint magni facienda: ⁊ iuſtinianus codex: ⁊ vetus ⁊ nouũ dige-
ſtũ teſtanť. hos nãq; quibꝰ ſcatebãt mendis Quintilij veluti pumice terſos offendimus/ ⁊ ma-
ximã tuã (nec oibus datã) circa illos/ ꝑuigileq; curã nõ laudare nõ potuimus: tã ſubtile ꝙ opꝰ
antea quidẽ mẽdoſum/ ⁊ ab innumeris q̃ comeſtores potius q̃3 correctores appellandi ſunt de-
prauatũ/ e tuis ita in lucẽ ꝓdierit typis caſtigatum / vt vix in illis reprehẽſione dignũ etiã ocu-
latus cõperiat quiſq̃3. Supeſt poſtremo mi Andrea vt quattuor ⁊ decẽ medios pandectarũ li-
bros (quos iuris appellãt cõſulti infortiatũ) rem cunctis gratã facturus edas. Autenticoꝝ de-
mũ / ⁊ tres codicis q̃ ſupextãt libros ꝓditurus. Nec te hanc ob rem cõtẽnenda manẽt ꝑmia: his
enim tibi fit muneribꝰ debitor orbis. Nec ſi neſtor eris potis eſt penſare laborem: et eterne tibi
poſt buſta beneficorum precibus largientur ſedes. Vale.

¶ Eidem diſtichon.

Si tibi continui merces ſit parua laboris:
Cunctorum capies celica regna prece.

1408 371 01